

SCHEMA DI REGESTO

PERGAMENA N. 9

COLLOCAZIONE:

SERIE:

DESCRIZIONE ARCHIVISTICA:

ESTREMI CRONOLOGICI:

CONDIZIONAMENTO:

SUPPORTO:

DIMENSIONI:

NUMERO DELLE CARTE:

NOTE:

Comune di Atessa- Archivio storico

Fondo pergamene n. 9

Incitamento agli atessani a pagare le tasse

07 maggio 1305

Cassettiera di legno

Membranaceo

Altezza 47 Larghezza 31 Diagonale 56

1

Scrittura minuscola diplomatica

SUNTO:

Vasto, 7 maggio 1305

Strumento con cui si dà forma pubblica ad una lettera del 3 gennaio 1305 del re Carlo II che, in ordine alla riscossione delle 2000 once dovute da Atessa per rimanere nel regio demanio, dispone che il monastero di San Vito sul Trigno non venga molestato nella esazione delle decime e nella raccolta del frumento nelle terre che possiede nella medesima università. Tale disposizione viene comunicata il 6 maggio agli uomini di Atessa, e il 7 maggio agli abitanti del casale di Tornareccio e del casale di San Martino di Turriculo, entrambe pertinenze/pertinenze dell'università stessa.

1. In Dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo quinto, mense madii, septimo die eiusdem tertie indictionis, regnante domino nostro Karolo secondo
2. Dei / gratia inclito Jerusalem et Sicilia rege, ducatus Apulie et principatus Capua, Provincie et Forcalquierii comite, regnum suorum anno vicesimo primo /
3. feliciter amen. Apud Guastumaymonis. Nos notarius Vastus auctoritate regia

Guastiaymonis iudex et Benencasa Berardi eadem regia auctoritate publicus

4. eiusdem terre / notarius presenti scripto publico declaramus, notum facimus et testamur quod tam in nostri presentii quam testium subscriptorum, videlicet
5. domini Matheì de Roberto, diaconi / Jacobi domini Jacobi, Frinisci Roberti licterorum de Ardano et aliorum illicterorum videlicet Bartholomei magistri
6. Roberti de Venafro et fratri Jacobi de Palena / ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, nobilis et discretus vir notarius Odorisius de Guastoaymonis olim die
7. sexto dicti mensis madii eiusdem tertie indictionis apud dictam / terram Guastiaymonis ad nostram accedens presenciam ostendit et presentavit nobis quasdam licteras sibi directas a magnifico et egregio viro domino Raymundo
8. Goffrido / de Castellana milite regio justitiario Aprucii citra flumen Piscarie, noto et consueto sigillo ipsius in cera rubai sigillatas, quas vidimus legimus et
9. inspeximus diligenter quarum / tenore per omnia talis erat: ""Raimundus Goffridus de Castellana miles regius iusticiarius Aprutii citra flumen Piscarie
10. nobili viro notario Odorisio de Guastoaymonis amico suo / salutem et dilectionem sinceram Nuper frater Paulus conversus monasterii sancti Viti ad presentiam
11. nostram veniens quasdam licteras regias, magno regio sigillo pendenti mu/nitas, presentavit nobis continentie susequentis: "Karolus secundus Dei gratia rex Jerusalem. et Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii
12. comes iusti/tiariis Aprutii citra flumen Piscarie presenti et futuris, fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Pro parte religiosorum virorum abbatis et
13. conventus monasterii sancti Viti de Trineo / ordinis cisterciensium devotorum nostrorum, oblata noviter culmini nostro petitio querula continebat quod homines terre nostre Atisse, quos nuper in demanio nostro redigimus, eo pretestu /
14. dumtaxat quod monasterium ipsum habet in eadem terra Atisse et eius pertinenciis quasdam ecclesias et terras laboratorias in demanio et alias terras laboratorias

15. incensatas / hominibus dicte terre, pro quibus certam solummodo decimam annuam exhibere tenentur, necnon reddentes aliquos existentes in casalibus
16. pertinentiarum dicte terre, qui ad certos red/ditus annuos monasterio prefato tenentur, ad contribuendum cum eis in duobus milibus unciarum, quas ratione
17. predicte gratie eis facto nostre curie promiserunt, religiosos eosdem com/pellunt indebite et eos propterea impetunt et molestant, non permictentes reddentes prefatos redditus et alfa iura per eos ipsi monasterio debita, prout consueti sunt
18. hactenus, monasterio / prefato prestare et certam quantitatem frumenti quod prefatum monasterium in eadem terra habet extrahi et abduci facere ad usum
19. personarum ipsius monasterii prohibentes, in ipsorum / religiosum et prefati monasteriigrave preiudicium dispendium manifestum. Super quo provisionis nostre remedium suppliciter extitit imploratum. Nos ergo religiosos supradictos, /
20. quos sicut et ceteros regni nostri cum auxilio divine gratie manutencionem disponimus et favere gravari nolentes in hiis contra indultum ecclesiastica
21. libertatis, fidelitati vestre / sub obtentu gratie nostre firmiter et expresse precipimus quatenus prefatos religiosos ad contribuendum cum predictis hominibus in predistinta pecunie quantitate compelli nullatenus permictatis,
22. quin/immo religiosos eosdem, qualiter huiusmodi debita solita, redditus et proventus ex predictis ecclesiis, terris, reddentibus percipere valeant oportunis
23. assistatis auxilio et favore. / Et si processum est ad aliquod propterea contra eos, processum ipsum studeatis in irritum revocare, presentes autem licteras post
24. oportunam inspectionem earum restituì volumus presentanti effi/caciter in antea valituras. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua militem logothetam et prothonotarium regni Sicilia anno domini millesimo trecentesimo quinto die terbio
25. / ianuarii tertie indictionis regnorum nostrorum anno vicesimo primo." Ad quarum licterarum regalium executionem volentes intendere diligenter vobis ex regia

26. parte, ad penam unciarum auri duodecim, / qua fungimur auctoritate mandamus,
expresse quatenus, forma prescriptarum licterarum regalium diligenter actenta et in
omnibus observata, predictos religiosos ad contribuendum cum predictis
27. hominibus Atisse in / prescripta pecunie quantitate compelli nullatenus permictatis, quinimmo
religiosos eosdem, qualiter huiusmodi debita solita
28. redditus et proventus ex predictis ecclesiis, terris et reddentibus percipere / valeant oportunis
assistatis auxilio et favore, mandantes hominibus ipsius terre Atisse, sub certa et gravi pena
ex regia parte quod abbatem, conventum et monasterium ipsum
29. in predictis / ecclesiis, terris laboratoriis ipsis ac reddentibus eisdem, catione predicte
gratiae per regiam curiam hominibus ipsis facce, in aliquo non molestent.
30. Et si forte ad aliquid propterea processum. extitit / contra eos, processum ipsum per viam et
modum quibus videritis expedire, faciatis in irritum revocaci. Iniuntur nichilominus sub
certa et gravi pena laboratoribus terrarum dictarum ecclesiarum/
31. et dictarum terrarum laboratariarum, quarum prefatum monasterium habet in demanio, et
aliis hominibus de casalibus dicte terre, qui tenent alias certas terras
32. laboratorias incensatas, pro quibus certam / decimam annuam exhibere tenentur monasterio
supra dicto, quod debita solita, redditus et proventus ex predictis ecclesiis, terris et
reddentibus ipsis predictis abbaii et conventui prestant et
33. exibeant ut / tenentur et ad id predictos homines compulsati si expedierit; de toto autem,
processa vestro quem habueritis in premissis fieri faciatis pupicum
34. instrumentum, quod nobis ad curiam transmictatis instanter ut, / ipso habito, contra
inhobedientes ad exactionem pene, quam eis imposueritis, proinde procedere pro
parte curie valeamus. Datum Salmone ultimo aprelis termie
35. indicionis." Ad quarum licterarum predicci domini instrumentum / executionem debitam
asserens idem. notarius Odorisius se velie procedere cum cautela, nos predictos iudicem,
notarium et testes ex parte curie requisivit expresse, nostrum

36. qui supra iudicis et / notarii in hac parte officium implorando, ut una cum eo ad predictam terram Aтисse et subscripta casalia sita in pertinentiis dicte terre Aтисse
37. personaliter accedere deberemus, visori processum / suum totum quem habendum duxerit in premissis et facturi de processu ipso ad curie certitudinem et cautelam pupicum instrumentum. Cuius requisitioni devote parentes, mamme quia in hiis /
38. curie negotium agebatur, subscriptis diebus ad predictam terram Aтисse et subscripta casalia personaliter accessimus cum eodem et processum suum totem
39. per eum super premissis habitum fide vi/dimus oculata, cuius processus talis est quod olim, die sexto predicto dicti mensis madii eiusdem tertie indictionis, dictus notarius Odorisius et nos una cum eo ad predictam terram Aтисse se personaliter /
40. conferens mandavit hominibus ipsius terre ex regia parte, sub pena unciarum auri centum, et cuilibet de universitate ipsa, sub pena unciarum auri quatuor, quod
41. abbatem, conventum et monasterium / **santi** Viti de Trineo predictum in predictis ecclesiis terris laboratoriis ipsis ac redditibus eisdem, ratione predicte gratie per regiam curiam hominibus ipsis facte, in aliquo non molestent et quod non /
42. compellant eos ad contribuhendum cum eisdem hominibus in predistinta pecunie quantitate et quod certam quantitatem frumenti, quod prefatum monasterium habet
43. in predicta terra Aтисse, permictant dictum monasterium / vel aliquem pro eo extrahi et abduci facere pro use personarum monasterii supra dicti. Et predicto septimo die dicti mensis madii eiusdem tertie indictionis, dictus notarius Odorisius
44. ad casale Tornaricii, quod est de casali/bus et pertinentiis diete terre Aтисse, se personaliter conferens, et nos una cum eo nobisque presentibus cum eodem, iniunsit subscriptis hominibus dicti casalis et cuilibet eorundem ex parte regia, sub
45. pena unciarum auri / quatuor, ut ipsi tamquam laboratores terrarum dictarum ecclesiarum et dictarum terrarum laboratoriarum, quas prefatum monasterium habet in demanio et aliarum certarum terrarum laboratoriarum incensatarum, pro

46. quibus / certam decimam annuam exhibere tenentur monasterio supradicto et tamquam reddentes ipsius monasteriì, debita solita, redditus et proventus ex
47. predictis ecclesiis, terris et redditibus predictis abbatii et conventui pre/stent et exhibeant ut tenentur. Nomina vero hominum dicti casalis sunt haec videlicet Brunatius Ovidii, Johannes Guerrieri, Bartholomeus Cesareadule, Gimundus
48. Baraldus, Berardus Cimberfus Ovidius / Pellicherius Lanzelloctus, Fredericus Gratiadei, Gualterius de Furca, Symon de Arclano, Guillelmus de Monteferrando, Johannes frater Gratiadei, Oradeus Macziocce, Saductus frater eius, Jacobus de /
49. Lanzano, Franciscus de Gipsci, Gualterius Pasqualis, Fredericus Maricci, Jacobus Berardus Boctafoco, Jacobus Berardus de Furca, Raimundus Calsolarius, Andreas
50. Falciglia et Berardellus / Robertelli. Itero eodem septimo die dicti mensis madii eiusdem tertie indictionis apud casale sancii Martini de Turriculo, quod est de
51. casalibus et pertinentiis diete terre Atisse, dictus notarius Odorisius, / et nos una cum eo se, personaliter conferens et nobis presentibus et audientibus, iniunsit ex parte regia subscriptis hominibus dicci casalis et cuilibet ipsorum, ad penam
52. unciarum aeri quatuor, / quod tamquam laboratores terrarurn dicti monasterii et reddentes monasterii eiusdem debita solita, redditus et proventus ex predictis
53. ecclesiis, terris et redditibus predictis abbatii et conventui prestent et exhibeant et tenentur. Nomina vero infrascriptorum hominum dicti casalis sunt hec, vídelicet Guillelmus Pasqualis, Thomasius Ovidii, Johannes Tartalyone, Rogerio Malicia,
54. Matheus de Cesareadula / Johannes Cossi, Gualterius Othonis, Bartholomeus de Floredabrike, Odorisius Riccius, Paulus gener eius, Pasqualis Jacobi, Brunellus,
55. Berardus Gentilis, Guillelmus Cotenue, Petrus de Carpineto, / Petrus Berardi , Angelus filius Gualterii Othonis, Rogerius Guerreri abbatie frater eius, Bartholomeus Riccius de Posculo, Symeon de Casalanguida et Berardus de Arche.

56. Unde ad futuram / memoriam et tam regie curie certitudinem quam predictorum monasterii
sancii Viti ac abbatis et conventus monasterii eiusdem cautelam dictus
57. notarius Odorisius rogavit fieri de premissis / puplicum instrumentum, rogatu
cuius factum est exinde presens puplicum instrumentum per manus mei predicci Odorisii
puplici Guastiaymonis notarti signo meo solito, subscriptione, signo et /
58. sigillo mei predicti iudicis et prescriptorum testium qui ad hec interfuerunt signis et
subscriptionibus roboratum. Quod ego predictus Benencasa Berardi qui supra
59. auctoritate / regia puplicus Gustiaymonis notarius scepsi, et quia predictis
60. omnibus rogatus interfui ipsum signavi solito signo meo. / Ego notarius Vastus regius
Guastiaymonis iudex predictis interfui, signum feci et sigillum apposui. /
61. Ego dormpnus Matheus predictis interfui et signum feci. / Ego diaconus Jacobi
- 62.
63. domini Jacobi testis rogatus predictis interfui et signum propria manus feci. / Ego
64. diaconus Franciscus rogatus testis predictis interfui et signum feci. / Signum quod
Bartholomeus magistri Roberti de Venafro qui supra testis rogatus scribere
65. nesciens sua propria manu fecit. / Signum quod frater Jacobus de Patena qui supra testis
rogatus scribere nesciens sua propria manu fecit.